PK 6113
.F
1871
Copy 1

THE LIBRARY OF CONGRESS
1800
Class PK6113
Book .F
1871

ṢARAṪUSTRICAE GÂṪAE

POSTERIORES TRES

LATINE VERTIT ET EXPLICAVIT

TEXTUM ARCHETYPI

ADHIBITIS BROCKHAUSII WESTERGAARDII ET SPIEGELII EDITIONIBUS

RECENSUIT

Dr. C. KOSSOWICZ

SANSCRITARUM LITERARUM IN CAESAREA LITERARIA UNIVERSITATE PETROPOLITANA PROF. P. ORD. CHARKOWIENSIS UNIVERSITATIS ET SOCIETATUM ARCHAEOLOGICAE PHILOLOGICAE PETROPOLITANARUM ASIATICAE PARISIENSIS NEC NON ORIENTALIS GERMANICAE SODALIS

PETROPOLI

EXCUSUM IN TYPOGRAPHEO WLAD. BEZOBRAZOW ET SOD.
(Was. Ostr., 8 lin., No. 45.)

CAESAREAE UNIVERSITATIS IMPENSA.

MDCCCLXXI.

1

995
1246

ṢARAŤUSTRICAE GÂŤAE.

POSTERIORES.

Его Превосходительству Адмиралу Федору Федоровичу Матюшкину, усердное приношение от автора.

25 Июня
1871
С.П.Б.

ṢARAT̔USTRICAE GÂT̔AE

POSTERIORES TRES

LATINE VERTIT ET EXPLICAVIT

TEXTUM ARCHETYPI

ADHIBITIS BROCKHAUSII WESTERGAARDII ET SPIEGELII EDITIONIBUS

RECENSUIT

Dr. C. KOSSOWICZ

SANSCRITARUM LITERARUM IN CAESAREA LITERARIA UNIVERSITATE PETROPOLITANA PROF. P. ORD. CHARKOWIENSIS UNIVERSITATIS ET SOCIETATUM ARCHAEOLOGICAE PHILOLOGICAE PETROPOLITANARUM ASIATICAE PARISIENSIS NEC NON ORIENTALIS GERMANICAE SODALIS

PETROPOLI

EXCUSUM IN TYPOGRAPHEO WLAD. BEZOBRAZOW ET SOD.
(WAS. OSTR., 8 LIN., No. 45.)

CAESAREAE UNIVERSITATIS IMPENSA.

MDCCCLXXI.

PK6113
.F
1871

104837

ATHANASIO THEODORIDAE

BYCZKÓW

CAESAREAE ACADEMIAE SCIENTIARUM PETROPOLITANAE SOCIO ORD. PUBLICAE BIBLIOTHECAE PRAESIDIS COLLEGAE STATUS A CONSILIIS INTIMIS ETC. ETC.

VIRO DE PATRIIS ANTIQUITATIBUS MERITISSIMO

SACRUM.

Multa jam annorum lustra praeterierunt ex quo scientiarum amor amicitiaeque incorruptae vincula nos in aeternum conjunxissent. Quumque indefesso labore alacriterque patriae bono omnibusque colendis Musis semper incumbere pergis, accipias a me hocce munusculum, quod, postquam cum maximis difficultatibus decertando concinavissem, gratum tibi, qui ipse, herculeis laboribus, omnes difficultates pervincis, futurum confido. Testetur, etiam post fata, libellus nunquam nos vel laetum, vel tristiorem alterius utrius animi statum a proprio sejunxisse. Deus Opt. Max. te familiamque tuam, precor, in longum conservet.

Tuus ubique et semper

Cajetanus Kossowicz.

Petropoli, mensis maji 3 (15) die MDCCCLXXI.

PRAEFATIO.

Quum libello, quem nunc publici juris facio, omnium jam Ṣaraͨtustricarum gâͨtarum explicatio absolvitur, de Ṣaraͨtustrica religione, ut haec e gâͨtis, ad meam quidem interpretandi rationem, evolvi patitur, deque ejus propheta, quamvis nulla necessitate urgente, ipsam quippe interpretationem, postquam ditionis uniuscujusque sit facta, uberius provinciam hanc exsequi par est, ne tamen quis me in praefatione ad gâͨtam ustavaitîm nescio an prudenter elatum promissum oblitum esse criminetur, benevolum lectorem paucis distinere statui.

Et quidem dualismi, nisi boni et mali distinctionem, quae ipsi rationi humanae est innata, pro dualismo accipias, in gâͨtis nulla fere vestigia invenio, quum in caeteris Ṣen-

davestae libris duo contraria perpetuoque inter se pugnantia principia evidentissime ac persaepe invicem sibi opponuntur, idque certamen et posteriorem Iranici cultus periodum obtinet. Documentum est etiam tam celebris inter orientales gentes diaboli Iranici denominationis, qui Anrô mainyus Sendice sonat, absolutissima fere in omnibus gâ'tis absentia.

Opinionem hanc impugnandi debitum valorem prae se ferre videri potest totum carmen XXX, ubi bonum et malum, sub manifestissima duorum geniorum specie, invicem sibi opponuntur; sed valor argumenti mox evanescit, si modo attendes hic minime de deo et diabolo pugnantibus inter se agi, vatemque nisi duas humanae naturae facultates et conditiones separatim sub duorum geniorum specie exhibere voluisse; haecque opinio sequentis (XXXI), inter cetera, carminis, quod hujus brevioris explanationem exhibet, argumento atque tenore certissime mihi probari videtur, ubi Deum, in rerum natura, tum boni, tum mali exsequendi facultatem, subliminiori humanae dignitati promo-

vendae, liberum scil. arbitrium, hominibus posuisse expressim edicitur (9—12) *).

Deum Ṣaraᶜtustrica gâᶜtarum religio agnoscit unum, huncque universi procreati auctorem, creatoremque rerum naturae, atque in hac mentis benignae, incolumitatis, quae eadem est aequabilitas atque justitia, nec non divina potestas, quae omnes rebus augendis et conservandis, quum nunquam a summo numine sejungantur, praesunt.

Talem neque alium esse Ṣaraᶜtustricum Deum unumquodque ferme gâᶜtarum carmen mihi certissime affirmare videtur; locique huic et aliis cum hoc conjunctis propositis stabiliendis idonei adeo multi et copiosi sunt, ut ab his citandis pro virili abstinendum mihi putaverim. Ceterum, in XLII et XLIII carminibus, quae creatorem omnipotentem unumque Deum

*) Huic opinioni, etiam in XXX-mo carmine, varians, haecque unica vera, Brockhausii lectio: *Masdâ twâ* (o Masda, tua sunt), quam, pro sensu cassa *masdâtâ*, nunc typis expressam voluerim, bene conducere videtur. — In XXXI-mo carmine *agûstâ vaćâ*, voces non auditas, a malis scil., sive ignotas potius, quam minaces vel terribiles, ut interpretatione mea expressi, nunc intelligendas praetulissem.

spectant, quasi in aliquo luminum foco conjuncta, curiosus lector ipse inveniet.

Quum ergo nisi unum, huncque aeternum, Deum gâʿtaica religio agnoscat, proxima solvenda quaestio est, quæ nempe generi humano, ad hujus religionis normam, partes agendae assignatae sunt.

Hominis est, ad Ṣaraʿtustricae religionis fidem, prosperum esse in hac, et caelesti beatitudine frui in altera vita. Prosperitati homini suppeditandae rerum natura a Deo est creata; caelestem vero beatitudinem adipiscendi facultas atque potestas ipsi homini est relicta, quum hanc nisi justa donis naturae fruendi ratione animoque erga proximum quemque benevolo, sibi in aeternum impetret necesse est.

Talis humanae conditionis notio etiam malorum, quae genus humanum cruciare pergunt, luculentissimam explicationem praebet. Liberum enim arbitrium, quo in terrestris vitae conditione absente, homo minime dignus caelesti beatitudine esset, dat ei plenam etiam divinas naturae leges in-

fringendi potestatem, quam hominum nutricem, quum ab his identidem sit laesa, neque debitum cultum accipiat, necessario ipsam marcescere neque alumnis suis nutriendis jam sufficere par est. Sic in lucem prolata est inopia, gliscunt in societate humana malae artes, quae, aê̔smâ, i. e. concupiscentia animique caecis affectibus impellentibus, non rerum naturae debito cultu, qui honesto labore exercetur, sed per vim et rapinas homini falsam prosperitatem et delicias parare intendunt. Increbrescentibus vero malis artibus etiam boni et innocentes non possunt quin innumerabilibus infortuniis injuriisque, a probra ac vitia exercentibus, vitam degerent et quamvis in futuro aevo aeterna nihilominus felicitate gavisuri sunt, in hac tamen immerito, sceleratorum ope, ultimis miseriis persaepe sunt dicati. Accessit daêvorum cultus, qui circa sensibus obnoxia versando, quum a cognitione summi numinis humanas mentes abstraxisset, simul et omnem justi et recti notionem asseclis suis ademit, hosque verissimos τοῦ druk̔s, i. e. mendacii et injuriae, satellites effecit.

Boni et mali conditio inde ab initio rerum a summo numine descripta erat, indeque ab initio rerum homines, libero arbitrio innixi, etiam malo studebant*); sed malum invaluit demum eo usque, ut rerum natura praedones se lacerantes non amplius sustinere posset, rerumque ordini, a summo creatore constituto, conservando, homines vel penitus delendi, vel in melius mutandi essent. Rerum igitur naturae, criminibus hominum oppressae, sublevandae a summo numine sanctissimus Ṣaraʿtustras designatur, cujus divinum mandatum fuit clementiae, justitiae, nec non potestatis leges, quibus haec consociari debet, quae apud mortales obliteratae fuerant, denuo his, cum paucorum, qui antiquum summi numinis cultum conservaverant, ope, in mentem revocare hosque sacrae doctrinae

*) Huc referre etiam licet, quod malos homines creaturas τοῦ druʿks gâtarum vates interdum nominet (ut ex gr. L, 10); sed unde pessimus hominum status, nisi a horum animi affectibus originem ducere potest? Atque profecto malefici nonne mali creaturae sunt? Adde, quod in gâtis nusquam druʿks, sive akĕm, aćistĕm manô, ut Auramaṣdae, semper vero ut hominum, qui flagitiis ipsos se cruciantur, inimicus inducitur.

verbis permovere, ut dignos se, hic et in alia vita, felicitate, quam summum numen eis destinaverat, praestent.

Talis est missio, ad quam exsequendam, Ṣaraʿtustras, secundum gaʿtas nostras, fuerat vocatus, qui, quum omnia sint Dei, pro sacrificiis, omnia quaeque optima, animi nempe sincerissimos affectus, precationes et laudes, seque ipsos unico deo offerendos censet, utque omne genus humanum, unicam veram Dei religionem agnoscendo, ad hanc demum revertatur, in gaʿtis nostris, sibi ad haec summa ope niti proponit, deque hoc universi generis humani commercio ardentissime precatur; quod autem ad vitae humanae modum et rationem, mutuae prosperitati efficiendae omnibus viribus incumbere, odiumque nisi contra mala facinora hominesque perversos exercere jubet, affirmando, ceterum, hos non a se, sed ab ipso malo, cui dediti sunt, debitas poenas, vel si has sua vel amicorum ope eis paraverit, accepturos. Cum malis facinoribus etiam daêvorum cultus, jubente vate, maximo odio est prosequendus, quum hic, ad ejus mentem,

nisi falsarum opinionum sit fructus, mentemque hominum offuscando, omnibus flagitiis et sceleribus plenissimam arenam aperuit.

Haec est summatim Ṣaraˁtustrica gâˁtarum religio; sed quamvis cultum hunc antiquissimum et primigenum inter homines multis in locis vates noster exhibeat, attamen quum daêvorum cultum, qui polytheismus est, latissime vigentem tempore suo ipse depingat, polytheismum necesse est, in regionibus, ubi summum unicum numen ab eo praedicabatur, huic longe praecessisse et quasi natale habuisse solum, ita ut Ṣaraˁtustricus monotheismus plane hic pro nova et inaudita religione haberetur. Ipsa Ṣaraˁtustrica summi numinis denominatio, quum sit appellativa, notionique unius Dei, qui etiam mainyu śpĕntô, śpĕntòtĕmô in gâˁtis appellatur, bene respondeat, notionem hujus vel ex se ipso eruisse, vel ab alio quolibet populo Airyanum vatem recepisse par est *).

Multi hique doctissimi viri cultum unici dei Ṣaraˁtustram a Semitis accepisse putant;

*) Conf. Dec. Send. excerpta, praef. p. IV — p. et annot. in p. V.

quum autem publici monotheismi cultus neque apud Assyrios, neque apud Phoenicas ulla sint vestigia, ratio sat probabilis Ṣaraʿtustram a Hebraeis hunc edidicisse indeque ad Iranicos populos transtulisse admittendi esset.

Sed ratio monotheismi Ṣaraʿtustrici ab Hebraeis deducendi minime historica esset, quum nisi sola ejus hic et ibi adspecta praesentia niteretur, cui si idoneum valorem tribueremus, nil obstaret puto etiam Indicum, vel adeo Scandinavicum, antiquum polytheismum a Graecis populis, vel vice versa, in orientales vel occidentales terrarum plagas translatum admisisse. Adde, quod gâʿtarum vati, quem tam saepe cum polytheismo, decertantem invenimus et qui adeo semel omnem jam spem monotheismi inter Airyos firmandi perdiderit, ita ut de Turanicis populis, ut futuris veris unius dei cultoribus cogitavisset (y. XLV, 12), nil obstaret civium suorum pertinacitati Hebraeos, si hos unum deum colentes cognosceret, ut normam atque exemplum monotheistici populi proponere; neque adeo cultus hujus

inter Haebraeos praesentia, etiam geographica, puto, ratione, Iranicis, populis plane ignota esse posset, si in Palaestina Mosaica lex Ṣaraʿtustrae tempore viguisset.

Restant aliae duae rationes originis Ṣaraʿtustrici monotheismi explicandi, ad primam quorum, quum apud omnes fere insigniores polytheisticas gentes, extra popularem, aliam inter eruditiores homines philosophicam, ut apud Chaldaeos, Aegyptios et adeo apud Graecos, extitisse constat, quae immensam phaenomenorum varietatem unitati, partim pantheistica, partim spirituali rerum explicatione, subjungere studebat, Ṣaraʿtustras hanc aliam, quam nisi inter Hebraeos apud antiquos popularem, hucusque fuisse invenimus, e libris, ut ita dicam, nescio cujus antiqui populi philosophicis desumptam, postquam civium suorum polytheisticam religionem, cujus tamen reliquiae in ipsa daèvorum denominatione, in Haomae cultu cet. restiterunt, diruisset, intimae persuasionis, eloquentiae et adeo forsan armorum vi, inter cis-Himalayicas Aryas gentes propagaverit cultumque mono-

theisticum sic popularem, ut qui apud Hebraeos occupat, fecerit.

Neque quis LIII, 4 y. ex. gr. analogicisque locis innitendo, haec e Hebraicis sacris libris desumpta esse putet; quin similiter prolatae notiones communem potius, hancque incertam, mea quidem sententia, utriusque antiquae doctrinae fontem fuisse indicant, quum utraque eodem paene notionum ordine iisdemque fere verbis passim proferatur, neque sunt, ut notavi, aliqua documentorum vestigia Airyos ab Hebraeis, vel hos ab illis, hanc, ut in utriusque populi antiquioribus sacri codicis partibus declaratur, accepisse.

Ad alteram rationem, Ṣaraʿtustras vi proprii ingenii ad unius notionem dei pervenisse potuit, quae opinio etiam ipsius probabiliter vatis verbis, ut haec y. XLIII, 7 sonant, bonam explicationem nauciscuntur: Sanctum nempe, effatur vates, comperi te, o Maṣda Ahura, quum, benigna tua mente, me nescio quod, quasi obveniundo, hanc mihi interrogationem fecisset: quis es? cujus es? Necessitas ad has duas interrogationes respon-

dendi non potuit quin vatem, quum se ipsum liberum individuum menteque et ratione praeditum, idque fragilis et brutae materiae ope sese movens sentiret, se neque ad naturae rerum phaenomena individuali ratione expertia, nec ad fragilem sui ipsius materiam, sed ad summam potius, hancque liberrimam, sapientiam, cujus operam ubicunque in creaturis, mentem vero humanam his sublimiorem, illi vero, qualitate sua, propius accedentem sentiebat, referre compulisset.

Utcunque sit, manent vestigia Ṣaraᶜtustrae tempore inter Airyos etiam alios monotheismi cultus memores homines extitisse, huncque, traditionis via, inde a primis rerum humanarum initiis (ex. gr. y. XLII, 14; XLV, 15), ad vatis mentem, conservasse. Quum tamen de his, ut de vel maxime paucis numero et qui, sine Ṣaraᶜtustra, nil possent, in gâᶜtarum carminibus mentio occurrit, Ṣaraᶜtustricum monotheismum plane inter Airyos novam religionem, si etiam inter hos aliquos monotheismi cultores jam invenerit, nominasse minime pigebit.

Monotheismo gâᶜtarum sic posito, non

absque re forsan alienum fuerit etiam, an hic idem in aliis Ṣendavestae libris permansit, sive mutationes aliquas passus est, perquirere.

Ac primum omnium, ut in gâ'tis, sic in omnibus aliis Ṣendicis libris; Ahuras Maṣdas, ut unicum summum numen, sed in reliqua Ṣendavesta nisi bonarum rerum creator, agnoscitur. Malum ibi non jam in ipso homine originem capit sed est genius mali, a quo tum nocentes plantae et animalia, tum in hominibus morbi, mors, flagitia procedunt: hic est creator mali, Aṇrô mainyus, qui cum creatore boni, i. e. cum Ahuramaṣda, bellum perpetuum gerit hominesque ex ejus dominio, omnium malarum artium et infortuniorum ope, abripit. Bellum hoc durabit usque ad consummationem seculorum, ubi Ahuramaṣdas et sancti ejus asseclae vincent Aṇrômainyum, hominesque jam aeterna et inconcussa felicitate fruentur. Hoc tempore etiam mortui resurgent et omnes probi universae salutis et maximorum praemiorum fient participes (yt. XI, 88—96).

Notatu dignum in gâ'tis nomen Aṇrômai-

nyu omnino abesse; malum autem persaepe propria voce Druk̔s, dominiumque ejus, ubi malefici post ~~vocem~~ mortem punientur, drug̔ô demànĕm apellari, quod persona praeditum appellativum, in reliqua Ṣendavesta, non jam principem genium mali, sed unum e satellitis ejus feminini generis denotat.

Divinae qualitates, ut Sanctitas, Benigna Mens, Sapientia cet., quae in reliqua Ṣendavesta distinctas personas agunt summique numinis comitatum sub nomine amĕs̔â ś̔pĕntâ efficiunt, in gâ̔tis quamvis poetica elocutio persaepe res abstractas sub concreta forma vatem exhibere facit, minime tamen ut nescio quid aliud quam ipse Deus, quamquam natura sua sublimiores, procedunt, et adeo etiam in homine passim, ut divinioris naturae qualitates, praesentes a vate depinguntur.

E polytheistico pantheone in gâ̔tis nisi daêvi, quorum cultum vates fortissime oppugnat, sunt relicti. Contrarium in reliqua Ṣendavesta invenimus: hic Haoma, Ignis, Mi̔tra, de quibus in gâ̔tis siletur, innumerorumque denique geniorum nomina, ut crea-

turae Ahuramaṣdae, Indra vero, Nâoṇhaitya (Sanscr. Nâsatya) cet., ut satellites malarum rerum creatoris, Aṇromainyu, exhibentur *).

Notio denique universae resurrectionis mortuorum, quae nisi reliquae Ṣendavestae et posteriori Maṣdaico cultui est propria, gâ̔ta-rum carminibus, quae nisi de judicio post mortem saepissime docent, si ipsas gâ̔tas, non commentarios, respicias, plane est ignota. Contra hanc opinionem nisi unus obscurior locus, ubi de silentibus catervis agitur (y. XLIII, 15), mea quidem sententia educi possit, qui tamen poëtica elocutione, quum e diversis temporibus et spatiis analoga phaenomena, vates noster, ut jam notavi, in unum quasi luminum focum jungere amat, haud difficulter explicari potest. Quae saepe de duabus apud eum pugnantium partibus occurrunt ad terrestria potius arma sunt referenda.

Quod ad judicium ab unoquoque homine post mortem subeundum, gâ̔tae et reliqua Ṣendavesta in hoc fere consentiunt, quod

*) Conf. quae in Dec. Ṣend. excerptis (p. 105) de Airyanici Mitrae cultu annotavi.

istud daênâ, i. e. ipsa religione, praeside ac judice, transigitur. Mortales, qui ad legum ejus normam vitam transegere, ad aeterna lumina pergunt, qui vero malo studebant aeternis opprobriis, tenebris nec non abjectissimae nutritioni in maligni spiritus, qui in gâ'tis est Dru'ks, in Ṣendavesta vero Aṇrô mainyus, dicantur *). Locus ubi fit judicium, in 'gâ'tis et Ṣendavestae Judicis pons appellatur, qui in gâ'tis forma orationis pleniore, Ćinvatô pěrětus, in Ṣendavesta vero contractiore Ćinvadpěrětus enunciatur.

Linguae gâ'tarum et reliquae Ṣendavestae differentiae accuratissime a doctissimo Spiegelio notatae et praecipue in classico grammatico suo opere descriptae sunt. Ceterum, utcunque grammatica et lexicalis utriusquae dialectus differentia non adeo magna videri potest, gâ'tarum carmina jam ipso Ṣendavestae *διασκευάσεως* tempore, etiam Ṣendice scribentibus probabiliter difficiles intellectu fuerunt, quum precatiunculae Ahunô vairyô, cujus sermo ad gâ'tarum sermonem accedit, in

*) Conf. ex. gr. y. XXXI, 20 et yt. XXII.

ipsis Ṣendicis libris extat Ṣendicus commentarius (y. XIX), versusque gâ'tarum, ut kaṇm nĕmôi ṣaṇm, a yaśti XXII auctore evidenter minime intellecti fuerunt. Difficultatem tamen has intelligendi, non solum in gâ'tarum sermonis idiotismis, sed etiam in ipso abrupto, hisque peculiari, poeticae elocutionis genere sitam esse neminem, puto, fugit.

Gâ'tarum carmina Ṣara'tustrae esse coaeva monet vel maxime horum plane subjectiva elocutio, quum in his de ipsius ex. gr. et amicorum ejus valetudine, de inimicorum injuriis cet., denique de nuptiis filiae agitur. Idem Ṣara'tustras ut agens cum Deo colloquia in reliqua quidem Ṣendavesta, idque perpetuo, inducitur; sed ibi humana vatis facies minime jam conspicitur colloquiaque ejus cum summo numine vatis aliquomodo apotheosi maṣdaśnicorumque dogmatorum ultimae sanctioni, elapsis jam post hunc seculis, a pia traditione exhibentur. Vivida elocutionis subjectivitas et nescio quid sincerum planeque objectivitatem abhorrens, quod per omnia haec 17 carmina uno quasi

halitu spirant, me gâʿtarum carmina, majorem partem, ad ipsum Ṣaraʿtustram, cetera ad familiares suos referre movent.

Sed quisnam homo ipse Ṣaraʿtustras fuit? quando et ubi vixit? Ad haec nisi conjectationibus hucusque respondetur; unumque solide verum est, ut ajit clariss. Spiegelius, hunc revera aliquando vixisse.

Ṣaraʿtustras, ad traditionis relata, florebat sub rege Vistâśpa Bactris ibique diem obiit. Sed nomen Vistâśpae manifestissime e Ṣendavesta est desumptum, quumque ad Bactros sit relatum, nil essentialiter novi, puto, neque de ipso hoc rege, si rex fuerit, neque de aetate ejus adjicit. Eidem traditioni et serioribus Ṣendavestae documentis innitendo, doctissimus Spiegelius admitti patitur Ṣaraʿtustram in occidentali natum esse Irano, indeque in orientalem ad Bactros emigrasse, ibique fundamenta religionis suae jecisse neque jam postea in patrium solum fuisse reversum. Haec opinio in praesentia occupat, neque aliud quidquam probabilius de Ṣaraʿtustrae fatis adjici potest.

In gâ'tis saepe de inimicis, quibuscum certare coactus fuerit contraque quos etiam visibile, Ignis ope, a Deo auxilium obtinuerit, agitur; sed quum geographica nomina ibi fere absint, nisi de psychologica vitae ejus ratione nobis utique judicandum restat. Atrocissimos inimicos inter populares suos habuisse videtur, quum Deum adeo, ad Airyorum opprobrium augendum, non apud Airyos, sed apud Turanios commoraturum, semel, indignatione permotus, ut jam notavimus, exclamavisset.

Ut ipsius Ṣara'tustrae, sic et amicorum ejus, nempe Vistâṡpae, Fraṡaostrae, Ǵamâṡpae et Maidyomàoṇhae vitae conditio plane fere incerta permanet. Patet solummodo hos vatem nostrum, in divina doctrina propaganda[illegible], adjuvasse, Fraṡaoṣtramque (a se, probabiliter, conversum, y. L, 17), non socrum, ut traditio docet, sed generum ejus, nempe Ṣara'tustrae fuisse, cujus filiam Paourućistam in matrimonium duxerit (y. LII, 3, 4).

His praefatis nil jam fere addendum mihi restat, quum iisdem fontibus, explicationisque methodo et ratione in hoc ultimo, atque in

anterioribus duobus libellis concinnandis usus sum. Gâᶜtarum carminibus duas inter Parsos usitatissimas precatiunculas adjeci, quum ahunĕm vairìm pro initiali stropha alicujus depertiti gâᶜtarum carminis teneam, altera vero, quamvis perbrevis, non omnino hucusque difficultate, cui, aliqua ex parte, prospicere volui, privata mihi sit visa.

Faxit Deus Optimus Maximus, ut meae lucubrationes sagaciori venerabilium Ṣaraᶜtustricarum reliquiarum explicationi quantulumcunque conducant.

C. Kossowicz.

INTERPRETATIO

ET

COMMENTARII.

I.

GÂṮA ŚPĔNTÂMAINYÛ.

I.

GÂṬA ŚPĔNTÂMAINYÛ.

YAŚNA XLVI (XLVII), 1—13.

[Imploratur a summo numino auxilium contra hostes, qui malis artibus exercendis ipsam rerum naturam, in qua veritas et justitia sitae sunt, impugnant.]

1.

Cum-Spiritu Sancto, cum-Benignissimaque Mente, *cum* ab Integritate opereque sermoneque [cum opere et sermone penitus integris] ei tribuit[1] Rerum-Plenitudinem Immortalitatemque Maṣdas, cum-Potestate, cum-Perfectissima-Sapientia, Ahuras [Omnia praeclara et perfecta, animum nempe sanctissimum, absolutissimam clementiam, recta opera, rectam vocem, rerum plenitudinem immortalitatemque nec non potestatem et sapientiam, Ahuramaṣdam huic tribuisse videmus genio, cui procreandae naturae re-

[1] *Daṇ*, auctore Justio, est partic. r. *dâ*: (ist) gegeben habend, hat uns gegeben. In var. Westerg. et Spieg. est lectio *daṇn*.

*

rerumque propagandarum cura ab eo est imposita.[1] Sensus strophae: absolutissimum bonum atque felicitas in ipsa rerum natura sitae sunt].

2.

Huic genio sanctissimo Optimum lingua, sermonibus, *ipso* Benignissimae ore-etiam[2] Mentis, Veritatis manibus, re, non-est-quin efficiat[3] [non est quin efficiat unumquodque optimum] unicâ sapientiâ, iste pater Incolumitatis, Masdas [Quum summi boni leges ipsi naturae rerum sint insitae, non est quin genius ejus omni prosperitate a summo numine cumuletur, quin homines scil. felices evadant].

3.

Isti genio[4] tu es hoc[5] sanctus[6], qui[7] [quod] ei

[1] Ad talem genium referre etiam τὸ *ahmâi* et alias ejusdem demonstrativi in 2-da, 3-a et 4-a carminis nostri strophis formas invitat me quum totius carminis tenor, tum, quod rerum creator (*twôrĕśtâ*) in gâtarum religione, sub distincta a summo numine atque aliquomodo individualiter agente persona interdum exhibetur (vide ex. gr. y. XXIX, 6 et XXXI, 2). Conf. Sanscr. *tvaśtr*.

[2] *Ĕeâ-nû*. In var. Spieg. est lectio *ĕeâ-tû*, ad quam particula *tû* forsan melius, sensum τοῦ *etiam*, *atque*, quem in versione mea expressi, quam *nû* reddit. Conf. Sanscr. *tu*.

[3] *Vĕrĕsyâd*, imperf. conj. r. *varĕs*.

[4] *Ahyâ mainyeus*, genitivi, ut saepe, sensu dat.

[5] *Tâ*, instr. neutr. pron. *ta*.

[6] Significatio in hoc loco vocis *śpĕntô* bene, mea quidem sententia, explicatur strophis 14—15 y. LII.

[7] *Ye*, pron. rel. causativum.

Bovem-primaevam [rerum naturam], gaudii-datricem, creavit[1] [creavisti], atque huic [bovi scil. primaevae] nutrimenta laetitias [laeta nutrimenta] dedisti[2] *hanc* terram, postquam huic[3] [genio] Benigna, o Maṣda, çontulisti-consilia[4] Mente [Spiritus, qui rerum naturam pervadit, nisi ad mentis tuae sanctissimae desideria agere potest, quum et plenissimo dominio, et omnibus subsidiis ad haec peragenda, sit instructus, sanctitatemque tuam est expertus hac rerum natura a te, quasi aliquo actionum campo, ei procreata, quamque ipse in hac terra, omnibus rebus abundante, optimam nutricem possidet; immo etiam, quum in rerum natura omnia aeternae veritatis legibus tam bene respondeant, non est quin has a te genio ejus quasi dictatas agnoscamus].

4.

In-hunc genium irruunt[5] malefici[6], *at* in-Maṣdae

[1] *Hemtaśad*, 3 pers. s. pro 2-da, objectivitatis, cujus exemplis scatent libri Ṣendici, jure (conf. y. XXX, 9 et yt. XII, 12).

[2] *Dâo*, aor. r. *dâ*. [3] *Hîm*, acc. pron. *ha*.

[4] *Hemfrastâ*, perf. participiale, r. *parĕś*. J.: wenn du dich befragt hast.

[5] Constructio verbi *rârĕś* (intens. a *raś*) cum abl.: y. XXXII, 11. (*yôi vahistâḍ* . . . *rârĕśyaṇn manaṇhô*, welche den besten Geist verwunden wollen, J.) invitavit me etiam hic verbum ad ablativos *ahmâḍ manyeus* et *maṣdâo śpĕntâḍ*, transitivo sensu, referre. *Rârĕśyantî*, interpretante Justio: man sucht zu schaden.

[6] Spieg. et Westerg. legunt *drĕgvatô*. Praetuli lectionem *drĕgvantô*, quam editus a Brockh. codex nec non amborum doctissimorum editorum Avestae lectiones variantes offerunt, quum aptissimum, mea quidem sententia, subjectum verbo *rârĕśyantî* suppeditet.

sanctam *mentem* non sic [scil. non irruunt] incolumem [malefici rerum naturae laedendae sunt intenti eamque conturbant, ne tamen putent deo vel minimam noxam inferre posse, summum quippe numen, omni damno exemptum, invictissimum peragit semperque justas de maleficis poenas sumendi potestatem habet]. In-exiguo-quidem vir incolumitati quomodo erit[1] [Sed, quum ad-ultima, ingravescentibus maleficis, redactus sit homo, illius-ne erit incolumitati augendae curam impendere?], potens-quidem existens[2] [idem ille si potens sit], in-multo [si multis rebus, viribus polleat], *revera* infestus[3] malefico[4] [revera de malefico, potestate accepta, triumphaturus, revera par malo extirpando]?

5.

Ideoque, sancte spiritus, o Maṣda Ahura, viro-incolumi des[5] quae quidem quaeque Optima *sunt*.

[1] *Kâťê aṇhad*, er befindet sich in dem Wunsch (nach dem Reinen), J. Quum *kâťê* y. XLIII, 2 sensu τοῦ *kaťâ* occurrat, hic etiam vocem eundem sensum retinere putavi.

[2] *Haṇś*, partic. r. *ah*.

[3] Conf. annot. 2-m ad 5-m str.

[4] Secundum J., *drĕgvâitê* usum est hic sensu abstracto (dat. neutr.), quod proprie ad idem, si voci mecum concretam significationem tribuas, recurrit.

[5] *Tâ* hic, cum Spieg., pro acc. plur. n. accepi, quum in 3-a et 5-a strophis eadem vox instrumentalis, ut saepius, partes agere videtur. — *Ćóis*, imperf. r. *ćiś—ćiḍ*.

Minime *equidem* e-tua clementia maleficus fruitur[1] [minime maleficum donis naturae, quae tua est, delectari par est], suis operibus apud Malum[2] habitans[3] Spiritum [quum operibus suis se in domicilio maligni spiritus habitantem praestet].

6.

Haec [optima scil. viro incolumi] des[4], o sancte spiritus, Maṣda Ahura: Igne *tuo* decisio editur pugnantibus [Omnibus bonis et commodis cumula in te respicientes tuoque deditos cultui homines, quum nisi per te, tui scil. sacri ignis ope, haec victoria parari possit], Divinae-sapientiae valore Incolomitatisque; haec enim [sapientia scil. integritati consociata] multa — volunt[5] [si animo sincero ei innituntur] — defendit[6] [divina

[1] *Hanarĕ t́wahmâḍ ṣaośâḍ drĕgvâo baḱśaitî*, (woran) der Schlechte infolge deines Willens wenig Theil hat, J.; Spieg.: Ohne deinen Willen nimmt Theil der Schlechte an seinen (sc. des Reinen) Werken (*ahyâ skyaot́anâis*), qua interpretatione vir clariss. vocem *hanarĕ* hic alius originis et significationis esse, quam XXXI, 15, accipit. Vide Comm. über das Avesta t. II, p. 385.

[2] Conf. y. XXXII. 12 et XLVII, 5. ubi τὸ *aka* etiam de summi numinis voce et decretis usurpatur.

[3] *Âskyaṇś*, partic. r. *ḱśi*.

[4] *Dâo*, aor. r. *dâ*.

[5] Apud Westerg. et Brockh. est lectio *iśĕntô* (accus. plur. partic.), quae eundem sensum efficit (conf. y. XXX, 1); gravior tamen et ad gât́arum poësin accomodatior Spiegelii, quam expressi, lectio mihi videtur.

[6] Apud Spieg. *vâurâitê*; apud Westerg. *vârâitê*. Praes. m. r. *var*. J.: sie belehrt.

enim, in terris agens, sapientia, si huic unice mortales innituntur, multa est, i. e. omnibus viribus et subsidiis abundat ad probos defendendos. Sensus strophae: Des, o summum numen, omnia bona probis, qui te profitentur, quum, nisi, his possessis, ad victoriam de malis reportandam sint apti, exhibeasque praecipuum favorem, quum hoc certamen, nisi ipso auxilio tuo bene finiri potest, neque est alia certa inter pugnantes decisio, nisi per tuum Ignem, quem tuam in terris potenter agentem sapientiam et integritatem hominibus auxilio, qui hoc, ut nos, sincerissimo animo desiderant, mittere par est].

Yaśna XLVII (XLVIII), 1–12.

[Felicitas hominis in Dei praeceptis observandis sita est.]

1.

Quando postremo Incolumitate diabolum *homo* occidet [1], quum experta-fuerint [effectum capient] quae figmenta *ab improbis* appellata sunt [2] in Immortalitate a-daêvis hominibusque [quum homines falsi eorumque religio in aeternum pessundati fuerint, quum, immortalitate triumphante, scil. post mortem, experientur vera fuisse quae prophetarum ore a Deo hominibus nunciata erant], at tibi salutibus adoratio vigebit [3], o Ahura, [tunc sanctissimus cultus tuus a nemine jam, inter huic deditos servatosque mortales, turbabitur perpetuusque vigebit].

2.

Sed effare [4] mihi quae tu sciens *es*, o Ahura, ante

[1] *Veṇhaitî*, fut. act. r. *van*.
[2] *Fraoḱtâ*, partic. perf. pass. r. *vać*.
[3] *Vaḱśad*, *impf*. r. *vaḱś*.
[4] *Vaoćâ*, imperat. r. *vać*.

quam (non) terrestras vias ingredietur[1] [antequam morietur], quomodo innocuus homo, o Maṣda, detrudat[2] maleficum; haec enim mundi bene nota[3] *est* refectio [res enim per se est manifesta absque hoc, nempe absque maleficorum extirpatione, bonos in terris prosperare non posse].

[In duabus sequentibus strophis, quaestioni, quomodo improbi a piis etiam in hoc mundo dejiciendi sunt, vates luculentissimam solutionem praebet, admonendo suos discipulos, ut omnibus viribus divinorum praeceptorum exsecutioni incumbent, quum haec sint justissima neque aliud, nisi in summo numine, bonis sit praesidium].

[1] *Gimaitî*, praes. r. *ǵim—ǵam*. *Parâ hyad mâ yâmeng pĕrĕtâ ǵimaitî*. Justius: ehe dass er nicht (nicht gehört zum Begriff ehe, weil hierin eine Negation liegt) zu meinem Kampf (*meng pĕrĕtâ*) kommt, nemlich zu dem Kampf, welchen die himmlischen und höllischen Geister um die Seele kämpfen, in qua doctissimi viri interpretatione negativae particulae *mâ* plane assentio. Quod ad enunciati sensum, hunc ad traditionis documenta eruisse puto, quum in *yâmeng* Huzvâresch et posterior traditio notionem *terrae* concipiant (conf. y. XXX, 3), in *pĕrĕtâ* vero Huzvâresch formam τοῦ *pĕrĕtu*, *pons*, Neriosenghius autem significationem *terrae* (*pṛtîvyâh*) videant (vide Spieg. Comm. II, p. 387). Vox homerici πολέμοιο γεφύρας in mentem vocat.

[2] *Venhad*, aor. r. *van*.

[3] *Viśtâ*, partic. perf. pass. r. *vid*.

3.

Sed sapienti-viro [1] optimum [2] *est* praeceptorum quod perfecte-sapiens docet Incolumitate Ahuras, sanctus, perspiciens *etiam* quaeque abscondita *sunt* consilia, tui-similis, [3] o Maṣda, Benignae intellectu Mentis [Vir probus et sapiens vitam suam intrepido animo Dei praeceptis exsequendis impendere desistere non potest; Deus enim, ut justissimum et omnipotens numen, unicum ei est praesidium, beneque tenet vir probus multa, quae inexplicabilia humanae menti permanent (ut passim infortunia bonorum) apud Deum, qui omnia perspicit, plane necessaria esse, justissimamque apud eum causam habere. Durandum ergo, persequitur in stropha sequenti vates: Deus creavit benignam rerum aequabilitatem; ipsa religio Dei est opus. Ille est omnipotens, certusque utique est finis, ut in sinu ejus probi demum requiescant].

[1] *Vaêdĕmnâi*, secundum J., quem hic sequor, est partic. m. r. *vid.* Versum doctiss. vir interpretatur sequentibus: für den Wissenden ist das die beste der Lehren, d. h. das ist als die beste Lehre zu wissen (conf. XXXI. 2); secundum Spieg. est infinitivus (*vaêdĕmnâi* ist passiv zu fassen: «zum gewusst werden». Comm. II, p. 387).

[2] *Vahistâ* habe ich als Neutr. pl. gefasst, man wird es aber passender für den Nom. sg. fem. halten (*çâçna* ist Fem.) wegen des folgenden *yaṇm*, Spieg. Comm. II, 387.

[3] *Twâvaṇś*. Amat similem objectivitatem adhibere vates, quum ad summum nomen confugiat. Conf. y. XXXIV, 2, ubi hanc illustrare conatus sum.

4.

Qui edidit[1] Mentem Benignam, o Masda, Sanctitatesque, hic-idem Religionem [scil. creavit] opereque voceque [tum facultatem opera ad religionis normam peragendi, tum ipsam religionis institutionem]: ejus ad-desideria voluntas exsecutiones comitatur [voluntas comitatur exsecutiones = conjuncta est cum exsecutione ad desiderium, secundum desiderium, i. e. Deus quidquid vult eodem tempore perficit]: in-tuo spiritu ad-extremum vir-vir[2] [unusquisque, omnis] erit.[3]

[Restat ergo, sensus est subsequentium duarum carminis stropharum, ut de omnibus, quibus nobis necesse est, summum numen precemur, rerumque naturam, quae ab illo condita est, colendo, omnibus animi perturbationibus abjectis, nosmet divinis beneficiis dignos praestemus, utque in ipsis, quae nobis utilia esse videntur, Dei indicationes expetamus, quum neque in his, quae felicitatem ejus spectant, absque divina gratia, homo minime perspicit].

5.

Boni-moderatores regnanto[4] *inter nos* — ne nos maligni-moderatores regant[5] — benignae sapientiae factis, o Ârmaiti; puritas homimi, post nascendi-con-

[1] *Dâd*, aor. r. *dâ*. [2] *Nanâ*, pro *nâ nâ*. Conf. y. XXX, 2.
[3] *Anhad*, imperf. conj. r. *ah*.
[4] *'Kśentanm*, imperat. m. r. *kśi*. [5] *'Kśentâ*, imperf. m. r. *kśi*.

ditionem, *est* optima; bovi-primaevae [rerum naturae] cura-impenditor[1]: hanc nobis nutritioni industria [hanc abundantissima nobis nutrimenta efferre industria perficit].

6.

Haec enim [natura scil. rerum] nobis prosperam-habitationem[2]: haec nobis vim dat *et* robur Benignae Mentis in-desiderio [secundum desiderium Benignae Mentis]; atque ei, *perenni* Sanctitate *sua*, Maṣdas herbas [pabula, nutrimenta] *constanter* succrescere-decrevit[3] Ahuras mundi in-nataliciis primi [in nataliciis primi mundi = quo tempore mundus primum creatus fuerit. — In natura rerum sunt quibus hominibus opus est, neque haec unquam rite colentibus eam deficit, quum constanter a summo numine abundantissima, inde ex quo mundus extitit, nutrimenta recipiat].

[1] *Vĕrĕṣyâtaṇm*, imperat. m. r. *varĕṣ*. — Versum Justius interpretatur sequentibus: für das Vieh werde gewirkt, in Bezug auf es (durch es) ist Gedeihen für unsre Nahrung. Spiegelius in *fśuyô* admittit alterationem τοῦ *fśuyaṇś*, quod valde est probabile sensumque eundem, sed concretius expressum, possit reddere; secundum Justium, est abstractum m. thematis *fśuya*.

[2] *Huśôitĕmâ*, Westerg. et var. l. Spieg.; apud Spieg. in textu, *uśôitĕmâ*. Secundum J. acc. n. thematis *ḱśôitĕman*. Conf. *huśiti* et *śôitra*. Vox, ad traditionis sensum, significat *splendorem*.

[3] *Vaḱśaḍ*, imperf. r. *vaḱś*.

7.

(*Κατὰ-*) omnis-caecus-animi-impetus -dejiciatur [1] [penitus dejiciatur]; (ab-) omnem-violentiam -abjicite [2] [procul repellite omnem violentam actionem] qui estis [3] Benignae Menti fortitudinem dare [4] [qui in hoc estis, ut per vos Benigna Mens in terris inconcussa permaneat, ut felicitate, quae nisi ex bona ratione agendi permanet, dignos vos in hac terra praestetis]; Integritate viam [5] [animo sancto et integro pergite], cujus [sanctissimae integritatis scil.] in-dominio vir sanctus [degit. — omnes scil. actiones suas, ad perfectissimae integritatis indolem comparando, vivit]: at illi [tali scil. homini] domicilium [6]

[1] *Nidyâtaṇm*, imperat. pass. r. *dâ*. Repetitio praepositionis *ni*, et in sequenti enunciato *paitî*, hic ut alias (conf. ex. gr. y. XLIII, 13), augendae orationis vi inservit.

[2] *Paitiśyôdûm*, secundum J., est imperat. pl. m. r. *śâ*. Die Wurzel *çyâ*, verba sunt Spiegelii, scheint sich mir an *çizhd*, *çyazd* anzuschliessen (Comm. II, p. 389), quam opinionem clariss. viri lectiones variantes, apud eum, *śioṣdûm*, *śiaoṣdûm*, Brockh. *śyaoṣdûm* et l. var. Westerg. *śiôṣdĕm* confirmare videntur.

[3] Praepositio verbalis *â*, hic, ut et alias saepe, ipsa per se verbi notionem exprimit. Conf. XLIV, 8.

[4] *Duyê*, inf. r. *du—dâ*.

[5] *Vyaṇm*, acc. thematis *vya*.

[6] *Dâmaṇn*, n. plur. thematis *dâman*. Vocem hic usurpatam esse puto sensu Sanscriti *d'âman*, vel *lôka*, quod proprie ad idem redit. Accepi lectionem Westergaardii; apud Spieg. *dâmaṇm*.

certe tua in-sapientia[1] [est assignatum], o Ahura [talis homo non potest quin divinae sapientiae sit particeps, eoque ipso, etiam in terris sit beatissimus].

8.

Instrue ergo nos, o summum numen, quomodo[2] apud te Benigni, o Masda, dominii *se habet* desiderium [quomodo ergo, ad tuum sanctissimum desiderium, niti debebimus, ut felicem vitae conditionem adipiscamur]? quomodo tibi *desiderium est* Sanctitatis tuae mihi [in me], o Ahura [quas vias ingredi me fas est, ut sanctitatem et plane beatitudinem tuam in me persentiam?]? quomodo in-te, o Integritas, clara sacrificia desiderem[3] [quomodo perficiam, ut, divinae sapientiae tuae dum sim particeps, sanctitatem omnibus rebus anteferam, huicque servandae ad omnia sacrificia ne minimum offuscata, mente scil. pariter ac effectu subeunda, paratissimus sim?] Benignae Mentis actionum vigorem[4] [sacrificia, in quibus omnis est vigor actionum benignae mentis, quibus omnes scil. divinae hominum in terris actiones continentur]?

[1] Etiam hic verbalis particula *â* non nominalis praepositionis (in), sed verbi (decretum, assignatum est) forsan vices gerit. Conf. anologum usum praepositionis *paiti* (ex. gr. y. XXX, 2) et *pairi* (y. XXIX, 5). *Danm*, secundum Justium, est acc. pro loc., thematis *dâo*.

[2] *Kâ*, instr. n. pron. *ka*.

[3] *Isyâ*, praes. r. *is*.

[4] Lebend mit Thaten des guten Sinnes, J. In *gavarô* traditionis interpretes, quos sequor, notionem deprehendebant τοῦ *śâvarĕ*.

9.

Hac ratione agere animi nostri est fortissimum propositum; *at* Quando, *o potentissimum numen*, sciam [1] si in-unumquemque potestatem - exercetis [2], o Maṣda, o Sanctitas, a-quo in-me pernicies *et* terror *irruunt* [quando, o potentissimum numen, re et effectu experiar te in inimicos meos, qui exitio meo inhiant, justissimam potestatem exercere? est-ne in tuis decretis, ut etiam in hac vita debitas poenas solvant?]? Verum mihi *permanet* verissimorum-dictorum — Benignae finis Mentis [3] [Quum de hostibus deprimendis supplicem, minime fidem sanctissimo verbo tuo abjicio, quo certam beatitudinem probis, quum e dominio Mentis Benignae, i. e. ex hac terra, excesserint, scil. post mortem, promittis] prospiciat [4] *que*, *ante omnia*, suae-aliorumque-saluti-intentus, ut ei Sanctitas sit.

[Sed quum bonorum prosperitas, pergit vates, ipsa rerum natura a te decernitur, non possum quin de hac etiam deque ejus adventus tempore nobis revelando, o sanctissimum numen, implorare pergam].

[1] *Vaêdâ*, praes. r. *vid*.

[2] *'Kśayatâ* praes. act. r. *kśi*. Conf. y. XXXIV, 6.

[3] Justius, ad traditionis sensum: der Untergang der Menschen (d. h. der jüngste Tag (möge) mir (sein) auf ein gutes Leben, d. h. bei der Auferstehung möge ich als einer befunden werden, welcher ein frommes Leben geführt hat. Mihi in *ĕrĕṣûćaṇm* secundum compositi membrum ad r. *vać* referri videtur. Conf. *ĕrĕṣukd'a*.

[4] *Vîdyâd*, pot. r. *vid*.

10.

Quando *demum*, o Masda, virtutem homines induent [1]? quando expellent [2] quisquilias hujus doctrinae [3] [hanc impuram scil. et abjectam religionem], qua [scil. doctrina, cujus falsae religionis ope] malicie [malis animi affectibus] surdi *ad verae religionis verba* rabidorum-canum-personas-induunt [4] [saeviunt in bonos], quaque [falsa religione] *corrupta* intelligentia *sua saeviunt* maligni rectores regionum [quibus praeceptis dominantibus, vulgus caecis animi affectibus, ejusque rectores, animo, emolumentorum studio contacto, saeviunt in bonos].

[1] Wann unterziehen sich die Männer der Ausbreitung (des Gesetzes), J. Vocem *mannari*, cum Spieg., ad r. *man* refero. *Vîśĕntê* est praes. m. r. *viś*.

[2] *Aǵĕn*, imperf. r. *aǵ—aș*.

[3] Justius: Wann werden sie austreiben den Schmutz dieser Weisheit, d. h. das was die Bösen Unwahres in diese Lehre bringen.

[4] Westerg.: *urupayêntî*. Sp.: *urupayêintî*. Verbum, ut denom. ab *urupi*, canis species, cujus epith. Vend. XIII, 48, *tiśidâtâhê* usurpatur, accepi, quamvis sciam canes Avestam ad praestantissimas Ahuramasdae creaturas referre, quae tamen creaturarum in bonas et malas distinctio mihi, jam elapsa gâtarum temporis periodo, apud Airyos invaluisse videtur. Secundum J., est causale praes. r. *rup*, rauben, anfallen, qui versum reddit sequentibus: durch welche Bosheit die Ungehorsamen (d. h. welche in Bosheit als Ungehorsame) rauben.

11.

Quando *demum*, o Maṣda, Integritate cum [cum integritate] Perfecta-Sapientia veniet[1] *ad nos* cum-Potestate, fausta-*que* [cum his veniet]-habitatio cibo-abundans? Qui-viri cum-maleficis saevis quietem dent[2] [finient cum maleficis, extinguent hos]? Quos ad[3] [ad quos] Benignae veniet Mentis *talis* sapientia?

12.

Atque tibi fiant[4] servatores regionum, qui rectum-intellectum, Benigna Mente, socium-habent[5], operibus, o Integritas, tuae, o Maṣda, legis [qui justitiam et benignitatem in terris exerceant, secundum tuas sanctissimas leges]. Hi enim instituti sunt depugnatores[6] caeci-impetus[7].

[1] '*Gimad*, imperf. r. *ǵim* — *ǵam*.

[2] J.: wer wird Ruhe gebieten.

[3] Quanquam *â* retuli hic ad *keng*, dubito tamen an melius ad verbum *ǵimad* particula esset referenda.

[4] *Anhĕn*, imperf. conj. r. *ah*.

[5] *Haćâontê*, conj. m. r. *hać*. Spieg.: Welche sich Zufriedenheit durch Vohumanô aneignen; J.: welche an der Weisheit hangen.

[6] Apud W. et Sp. *hamaêśtrô*; sed apud Brockh. et in pluribus codd., teste Westerg., *hamaêśtârô*.

[7] Apud Spieg. et Westerg.: *aêśĕm mahyâ*. Apud West. est lectio var. *aêśĕmĕm ahyâ*; apud Brockh.: *aêśĕm* et *aêsêm mahyâ*. Lectio var. Westerg. (*aêśĕmĕm ahyâ*) suspicari facit genuinam lectionem fuisse *aêśĕmahyâ*, quod etiam Haugium deprehendisse nescio quae fors fortuna (quum ipsum versum, in quo voces occurrunt, more suo perperam intellexisset) adjuvavit (die Gâthas des Zar. II, p. 172—173).

Spiegelius, qui itidem correctionem vocis proponit, ad hanc et ad traditionis sensum, reddit versum sequentibus: sie sind geschaffen als Widersacher des Aeshma (Comm. II, p. 393; H.: tunc (??) enim leges deletrices *sunt* impetus (Die Gesetze deiner Lehre, Weiser! vernichten den feindlichen Angriff). Ceterum, si etiam lectionem *hamaêstrô* cum significatione gen. s. retineas, versus, vel absque correctione, commode sequentibus reddi possit: hi enim dati *sunt* inimici in voluntatem mei (dati sunt in voluntatem mei inimici), sensusque strophae esset in universum; dirigunto regiones viri, qui sapientiam et religionem non solum verbis, sed operibus et re peragunt, quales nunc, proh pudor, pessimis artibus vigentibus, sub potestate inimicorum meorum fatiscunt.

Yaśna XLVIII (XLIX), 1—12.

[Vates ex hac vita jam diu decedere paratus esset, nisi eum necessitas veram religionem contra maleficos defendendi detineret. In his malis solatium ex virtute amicorum suorum, Fraśaostrae, Vistâśpae et 'Gamâśpae arripit, quos, ut praestantissimos socios suos in maṣdaica religione illustranda exhibet. Animas fidelium Dei providentiae commendat, maleficis vero justas et severas poenas, quas subituri sunt post mortem, minatur. Se nil aliud nisi Dei voluntatem exsequendam in votis habere solemniter profitetur].

1.

At me, quamdiu mundus [quamdiu hic mundus adhuc mihi obversetur, quamdiu adhuc vivam], protege[1] fortissimus [scil. tu, protege, sustine me fortissime], qui institutioni - aspernantes instituere - incumbô[2] cum - Sanctitate, o Maṣda. Benignitatis

[1] *Pafre*, intens. imperat. ac. r. *par*.

[2] '*Cikśnuśâ*, intens. r. *kśnuś—kśnu*. Justius formam adjectivi verbalis esse censet phrasinque interpretatur sequentibus: o! du, welcher belehrt die Schlechterzogenen.

tuae largitione succurre mihi, succurre[1] *contra in me* infesta. Hujus *mundi* [vivendi scil. porro in hoc mundo] Benigna finem adipiscar Mente.

2.

Sed in-hoc me mundo detinet cultus malignus [homines scil. religionum falsarum cultui praediti], fallax, Incolumitatem vulnerans[2]: non sanctam tuetur[3] sibi *ille* perpetuo [non tuetur perpetuo = minime tuetur] Ârmaitim [divinam justitiam et sapientiam, quae in terris sunt exercendae], neque cum-Benigna, o Maṣda, consilia-jungit Mente.

3.

Attamen huic religioni [quam scil. vates profitetur] insitum est Incolumitatem servare, cultui dejicendo[4] diaboli[5] [ad dejiciendum diabolum]. Ideoque Benignae potestatem appeto Mentis; procul omnes cum-malefico consuetudines, procul *a me esse* jubeo [omnes consuetudines cum maleficis abhorreo atque procul a me esse jubeo].

4.

Qui *enim* corrupto intellectu Impetum-animi nutri-

[1] In *â* hic, ut alias, verbalem sensum video, quum verbum *gaidî* percommode accusativum *arapâ* sine praepositione regere potest.

[2] *Aśâḍ râr̆ĕśô.* Conf. annot., ad y. XLVI, 2.

[3] *Dôr̆ĕst*, aor. r. *darêṣ.*

[4] *Râr̆ĕśyaṇhê*, inf. r. *raś.*

[5] *Druk̇s*, gen., cum flex. Nom., thematis *druġ.* Conf. ex. gr. Vend. XIX, 8.

ant[1] violentiamque suis linguis, inter-bonis-operibus-intentos imbecilli, quibus non honestarum-actionum desiderium *est*, sed malarum actionum, hi daêvis se dedunt[2], quae malefici religio [hi dedunt se daêvis, falsam sequendo religionem, quae flagitia exercenda permittit].

5.

At hic, o Maṣda[3], ubertasque *est* prosperitasque [penes hunc vero est ubertas et prosperitas], qui *tuam* religionem Benigna amplectitur[4] Mente; Divi-sapientia enim unusquisque [per sanctitatem divinae sapientiae] *fit* prudentissimus, hisque omnibus [quum omnia scil. observaverit quae Maṣdaica religio commendat]tuo in-dominio, o Ahura[5] [scil. fit sapiens et felix].

6.

(Ad-) vos -supplico[6], o Maṣda, Integritatemque, effare[7], quae vestri intellectus ipsius[8] ad-*nitar*[9]

[1] *Varĕdĕn*, impf. r. *varĕd*. [2] *Daṇn*, aor. r. *dâ*.

[3] Apud W. et Sp. *maṣdâo*; in var. W. est *maṣdâ*.

[4] *Śârstâ*, aor. m. denom *śâr*.

[5] Praedicatum duorum ultimorum strophae versuum est facile hic subintelligendum *aśtî*.

[6] *Fraêśyâ*, praes. r. *iś*. Notetur praepositionis repetitio ad significationis verbi vim augendam.

[7] *Mrûitê*, 3 praes. m. r. *mrû*. Man spreche, *J*.

[8] *Ve ќśmâkahyâ* = ἰδίου ὑμῶν, vestri ipsius, proprii vestri, i. e. quae vestri reapse.

[9] Particula *â* hic, ut alias saepe, notionem verbalem exprimit. Conf. 1-mam str.

Mente [quae mihi sunt obeunda ad voluntatem vestri animi] recte perpendere-animo[1] [ad recte perpendendum], ut ambo-ista [scil. quae hanc et futuram vitam attinent] nunciamus[2] *mortalibus*, hanc *nempe* religionem quae vestri-similis [i. e. vestri][3] *est*, Ahura.

7.

Istaque Bona, o Maṣda, audito[4], Mente, o Integritas, ausculta[5] tu, Ahura: quis alacer *in-divinis praeceptis capessendis*, quis devotus *secundum leges tuas* erit, qui [i. e. alacer et duvotus sic, ut] piis-operibus-perficiendis praestantem daret[6] laudem [i. e. ut opera ejus, animi alacritati et devotioni respondendo, praestantissimam ei laudem afferant. — Sensus: Qui viri digni sunt, ut hos, tecum, o summum numen, conversando, vosque, divinae potestates, testes orationis meae faciundo, in hoc sacro hymne, pura conscientia mea, proferam?]?

[Non omnino incassum tua verba mortalibus proferuntur, pergit vates; sunt enim, quamvis pauci, qui plane sunt digni ut hos sacro hymno commemorem].

[1] *Vîćidyâi*, inf. r. *ći.*

[2] *Śrâvayaêmâ*, praes. caus. r. *śru.*

[3] De objectivitate, voci *Ḱśmâvatô* inhaerente, ejusque explicationem vide y. XXXIV, 2.

[4] *Śraotû*, imper. r. *śru.*

[5] *Gûśahvâ*, imper. m. r. *guś.*

[6] *Dâḍ*, aor. r. *dâ.*

8.

Fraśaostrae maximum-favorem Integritatis dedisti [1] [Integritas amat Fraśaostram = Fraśaostras vitae ratione et moribus est, ad normam sanctissimae religionis, integerrimus]: potestatem hoc te, o Maṣda, precor, Ahura [precor, ut animi incolumitas Fraśaostrae potestate consociatur, ut vincat scil. omnia impedimenta, quae contra ejus incolumitatem malefici excitant] mihique [scil. idem precor, nempe, ut mea etiam incolumitas vincat flagitia], quo [2] in-benigno tuo delecter [3] dominio [quo Incolumitatis favore delecter quiete in tuo dominio = quam incolumitatem tuto demum atque perpetuo exerceam]: tempore in-omni principes *in doctrina tua exercenda* simus [4] [scil. ego Ṣaraṫustras et Fraśaostras].

9.

Pergat-audire *tua* jussa fortunatus *iste*, servando [5] creatus [fait pour sauver les hommes, — qui, quum sit dives et fortis, totum se nihilominus hominibus servandis praebet], non recta verba caput faciens [6] cum-malefico [non faciens caput recta verba cum ma-

[1] *Dâo*, aor. r. *dâ*.

[2] *Yaṇm*, accus. instrumenti, refertur ad *urvâṣistaṇm*.

[3] De usu et vi particulae *â* conf. 1-mam et 4-am str.

[4] *Âoṇhâmâ*, perf. conj. r. *ah*.

[5] *Śuyê*, inf. r. *śu*.

[6] *Didaṇś*, partic. r. *dâ*.

lefico = minime exhibens recta sua verba coram perditis atque corruptis hominibus, nullum scil. sermonum commercium, qui semper rectissimi atque sincerissimi apud eum sunt, emolumentis, ut alii, indulgendo, iniens]; quodsi leges-religionis cum-praestantissimo junxerint [1] *qui* praemio [si-quis cum religione praestantissimum praemium junxerit = si-quis in religionis legibus exsequendis praestantissimum praemium sibi posuerit, i. e. si fuit aliquis, qui maximum, pro laboribus in lege divina defendenda, ipsam hanc legem praemium et emolumentum sibi posuerit, certe —] cum-Integritate [integerrime] junxit [2] [laborum suorum praemium cum lege divina, non aliud videlicet laborum emolumentum sibi habuit] bellicosus *Vîstâś-pas* cum-strenuo-de-'Gamâśpa.

[At probi homines si etiam pugnando cum maleficis vel maxime triumphent, vita tamen utrorumque per se brevibus limitibus est circumscripta. Fiant ergo beati post mortem; quod ad maleficos, hos retributio certissima manet].

10.

Istudque, o Maṣda, in-tuo colloco [3] praesidio, Be-

[1] *Yû'ĕn*, imperf. r. *yuǵ*.

[2] *Yuk̆tâ*, perf. participiale r. *yuǵ*.

[3] *Âdaṃm*, aor. r. *dâ*.

nignam *nempe* Mentem animasque innocentium, cultumque *tui*, quae *est* Perfecta-sapientia prosperitasque [in quo cultu et sapientia et prosperitas sitae sunt, a quo scil. dependent quum sapientia, tum prosperitas hominum]; *etiam* magna *enim* imperia necessitatis-vi sunt mortalia [nemo enim in hoc mundo adeo magnus et potens est, quin mortem non oppetat].

11.

Sed male-imperiosis, his-qui-mala-facinora-perpetraverunt, malos-sermones-proferebant, malas-religiones-obibant, qui-corrupta-sunt-mente, maligni, his cum-veneficis cibis obviam- animae obviam-exibunt [1] [his non est, ut animae malignae obviam cum maligno, post mortem, non exeant cibo, hos animae aliorum malorum certissime in altero mundo venefica nutrient esca]; diaboli in-domicilio manifesti *hi* erunt contubernales. [2]

12.

Quod tibi *igitur*, o Integritas, invocanti auxilii [quod auxilii = quale, cujusmodi auxilium], quod tibi *est paratum* Clementi Mente *mihi* Ṣaraṫustrae [Dum totum me tibi, o summa integritas, devoveam, quod auxilium, quam salutem est in divinis decretis tuis

[1] Notetur praepositionis *paiti* repetitio, ut saepe, ad vim verbi augendam.

[2] Conf. yt. XXII, 34—36, et y. XXXI, 23.

ut capiam], qui vos laudibus, o Maṣda, placabo [1], Ahura, tantum expetens [non expetens nisi —] quod vestro desiderio, proh [2], *est* optimum [quod optimum est ad desiderium, ad decreta vestra].

[1] *Frînâi*, conj. praes. r. *frî*.

[2] Substantivum *ustâ*, hic ut et alias, in particulae asseverantis, sive interjectionis, abire sensum puto. Conf. y. XXIX, 2, et XXXIII, 10.

Yaśna XLIX (L), 1—11.

[Vates extra divinam providentiam nullam aliam salutem petere profitetur. Precatur, afferendo sacrificia, ut haec recipiantur, ut Ṣaratustras pergat divina docere, utque proborum vota fructum capiant].

1.

Quid mihi anima in-desiderio[1] *est* cujuslibet auxilii [quid cujuslibet auxilii = quale omnino auxilium, — quod omnino auxilium anima mea desiderare potest —], qui mihi pecoris [peculii mei], qui mei ipsius vir defensor notus *est* [quem defensorem mei sciam] alius Integritate [praeter integritatem] teque, o Maṣda Ahura, desiderande, proborum-votis-expetite Clementissimaque Mente.

[Quum nisi in Deo vates salutem sperat, ad illum se, ante omnia, cum precatione de norma et ratione sese in hac vita gerendi convertit].

[1] *Iśê*, inf. r. *iś*.

2.

Quo modo, o Maṣda, gaudii-datricem bovem-primaevam [rerum naturam] desideret [1] [quomodo desideret, ut natura rerum propitia sibi sit] qui hanc isti cibo-abundantem mundo velit [2] propter-probe-viventes cum-Sanctitate in-multis solis-evolutionibus [qui velit hanc, naturam scil. rerum, per multas solis evolutiones, i. e. per multos annos, probis hominibus nutrimenta praebere. Sensus in universum: quomodo certa desideranda est prosperitas hominibus in hoc mundo?]? Certa domicilia mibi tribue [3], hoc donum largire [4] [largire prosperitatem nobis, modo et ratione adipiscendi eam revelatis].

[Sequitur responsio vatis, quasi e mente summi numinis, ad interrogationem in praecedente carminis stropha positam].

3.

At-quidem huic, o Maṣda, o Integritas, *rerum natura propitia* utique-est [5], quam sibi *tua* Potestate Benignaque tribuit-quisque [6] Mente, qui vir innocentiae vi prosperare-facit quam proximam-sibi generationem maleficus in-proprium-usum-convertit [Re-

[1] *Iśaśôiḍ*, pot. r. *iś*.
[2] *Uśyâḍ*, pot. r. *vaś*.
[3] *Niśaṇśyâ*, imper. r. *haṇś—han*.
[4] *Dâhvâ* = *daśvâ*, imper. m. r. *dâ*.
[5] *Aṇhaitî*, praes. conj. r. *ah*.
[6] *'Coist*, imperf. r. *ćiś*.

rum naturam propitiam sibi velle fas est non aliter nisi proximorum sibi, i. e. sibi coaevorum hominum, prosperitati studendo, quum maleficus nisi peculiari prosperitati suae incumbit bonisque aliorum frui in deliciis habet. Hanc normam vivendi quum sequatur vates, precatur ulterius ut sacrificia sua et preces a summo numine recipiantur].

4.

At vobis sacrificem [1] praedicans [2] *vos*, o Masda Ahura, cum-Sanctitate Benignaque Mente, cum-Potestateque [praedicabo vos o Masda, Sanctitas, benignissima Mens, absolutissimaque Potestas], quo desiderantis stet [3] [scil. desiderii objectum] in itinere [quo res desiderata stet in itinere desiderantis = quo desiderans res a se desideratas obtineat], *sacrificabo vobis* clara sacrificia [afferam vobis sacrificia clara et manifesta, ut quae ex laudibus divinae magnitudinis atque dignitatis constant] in-domicilio Majestatis [apud Ahuram] audiri [4] [quae audiantur in caelo].

5.

In perfectione enim *estis* vos, o Masda, o Sanctitas, Ahura, quum vestro vati, divino-favore *vestro*,

[1] *Yasâi*, praes. conj. r. *yas*.
[2] *Śtavaś*, partic. act. r. *śtu*.
[3] *Śtâoṇhad*, aor. conj. r. *śtâ*.
[4] *Śraośânê*, inf. r. *śruś—śru*.

exhibuistis[1] manifesta auxilia *propriis* manibus, haec[2], quae nos splendori dederint[3] [quae nobis splendidam de maleficis victoriam attulerint].

6.

Qui carmine-sancto vocem, o Masda, profert [qui profert vocem carmine sancto = cujus ore enunciatur sacrum carmen, divinae scil. legis], amicus, o Integritas, cum-adoratione [qui cum adoratione summique numinis amantissimus sacrum carmen profert], Ṣaratustras, dans[4] intellectui linguae-viam semper [cujus divinis cogitationibus praesto est aptissima elocutio, i. e. qui, quum divina cogitandi, tum etiam haec mortalibus enunciandi semper praestantissima per te facultate fruitur], *iste* meas vias [agendi rationem] Benigna instruat[5] Mente [iste pergat me instruere, ut mea ratio agendi semper recta sit].

7.

Atque vos invoco propitios amicos, ingrediens pontes adorationis vestrae, o Masda, o Integritas, *vos*

[1] *Aibidĕrĕstâ*, perf. participiale r. *darĕṣ*. J.: *ḱśmâ ... aibidêrĕstâ*, ihr mögt unterweisen.

[2] In omnibus codicibus et editionibus scribitur: *ṣaśtâistâ*. Conf. *ṣaśtâistâis* XXXIV, 11, ubi nunc, mea quidem sententia, voces *ṣastâis tâis* legi possint, sensu: istis (scil. tuis) manibus, tua potestate.

[3] *Dâyûâ*, pot. r. *dâ*. Notetur, si vera est explicatio, constructio nom. g. neutr. plur. (*tâ*, *yâ*) cum praedicato in sing. J.: durch den man uns zu Glanz bringt.

[4] *Dâtâ*, nomen. ag. them. *dâtar*.

[5] *Śâhîḍ*, pot. r. *śaṇh*.

terribiles Benigna Mente [invoco vos propitios atque amicos, nec non terribiles, scil. hostibus nostris, vestra benigna mente], quo [ut] ductores meo sitis [1] auxilio [ut auxilium nec non salutem adducatis mihi. Sensus: invoco vos, o caelestes potestates, ut sitis mihi auxilio atque saluti].

8.

Cum vos cantibus, qui celebres *sunt* prosperitate, advenio [2], o Maṣda, extensis manibus [advenio te, o Maṣda, extensis manibus, cum cantibus, i, e. precatorios cantus tibi afferendo, quos gratos tibi esse, quum pro eis prosperitatem impertias, tam multa nobis sunt testimonia], atque vos [scil. àdvenio], o Integritas, sacrificii cum adoratione, atque vos [advenio] Benignae Mentis cum-virtute [Precando a te, o summum numen, salutem, mea propitia carmina, adorationem mei sacrificii, nec non benignae mentis virtutem tibi offero, i. e. precando te, ipsum me purum planeque ad sanctissima tua praecepta paratum praesto, quum sacrificium mea tibi perfectissima devotione sit comitatum ipseque divinae benignitatis tuae virtutem servam].

9.

His [cum talibus] vos adorationibus (ad-) celebrans [3] *vos* -liceat-adveniam [4], o Maṣda, o Integri-

[1] '*Qyâtâ*, pot. r. *ah*. [2] *Pairigaśâi*, praes. conj. r. *ǵaś*.
[3] *Paitiśtavaś*, partic. praes. act. r. *śtu*. [4] *Ayênï*, imper. r. *.i*

tas, Benignae cum-operibus Mentis [Quum talis sim, liceat me appropinquare vos comitatum operibus Benignae Mentis, i. e. liceat me appropinquare vos, qui documenta bene atque ad sanctissimam tuam mentem factorum mecum habeam]. Si *ergo* sanctitatis meae in-voluntate [plane ad voluntatem meae sanctitatis = minime a sanctitatis, quae mihi est insita, consiliis recedendo] rego [si ergo sancte cumque perfecta sactitatis conscientia me omniaque mea rego], at bene-sapientis rectoris[1] desiderans [quum desiderem] efficax-auxiliator sim.[2]

10.

At quae perfecero[3], quaeque procul[4] *sunt* convenienter opera [quaeque a me convenienter facta sunt], quaeque Benigna *vestra* prae-oculis [spectantibus hominibus, i. e. nunc] bene-peractum est[5] [peracta sunt] *a me* Mente[6], *omnia haec, pariter atque* caelestia-lumina sol*que* dierum auctor [omnia haec pariter atque τὰ φαινόμενα rerum naturae, quae ad

[1] Conf. XLIII, 9. [2] *Qyem*, pot. r. *ah*.

[3] *Varĕśâ*, f. r. *varĕṣ*.

[4] De significatione τοῦ *pairi* conf. XLV, 1; de particularum vi praedicati vices gerendi vide ex. gr. annot. ad y. XLVIII, 1. Conf. *paiti* XXX, 2.

[5] *Arĕgad*, imperf. r. *arĕg*.

[6] Versum interpretatur J. sequentibus: was werthvoll erscheint in den Augen durch Vohumanô. Notetur constructio nom. pl. neutr. cum praed. in s. (*yâ arĕgad*).

normam sanctissimarum tuarum legum sese exhibent tuaque sunt] movent sese [1] vestrae, o Integritas, adorationi [2], o Maṣda Ahura [Omnia a me bene peracta tua sunt, ut quae a sole aliisqne praeclaris creaturis tuis peragantur per te, nilque in his mihi vindico].

11.

At vestri laudes enunciam [3] o Maṣda, meo-ore, dum Sanctitatis ope, vires-mihi-sintque [4] possimque. [5] Dator [creator] Boni [qui procravit quique largitur omnia quae sunt bona] impertiat [6] Benigna *sua* Mente justa-facientibus quod desiderio prosperrimum [quod est prosperrimum ad desiderium justa facientium, — impertiat justis hominibus abundanter omnia prosperrima].

[1] *Âêurus*, perf. r. *ir*.

[2] Justius: die Lichter (Sterne), die Sonne, die Mehrerin der Tage, gingen auf zu euerm Preis.

[3] *Aoǵâi*, praes. conj. r. *aoǵ*.

[4] *Iśâi*, praes. conj. r. *iś*.

[5] *Tavâ*, praes. r. *tu*.

[6] *Arĕdaḍ*, imperf. r. *arĕd*.

II.

GÂ̧T̛A VOHUK̛ŠAT̛RA.

II.

GÂṬA VOHUKṢAṬRA.

YAŚNA L (LI), 1—22.

1.

Benignam Potestatem absolutam, sortem maxime-praecipuam distribuenti prospera-quaeque [huic, qui inter omnes homines rerum abundantiam terrestriaque bona aequabiliter distribuit] Sanctitatem per [per sanctitatem] *nisi Deus* largitur [summa potestas, in uno homine morum sanctitati juncta, est praestantissimum donum quod humanitati servandae summum numen praestare potest]: re, o Maṣda, optimum hoc nobis, age-quidem, ad-effectum-adducere[1] [fac, ut hac utilissima nobis re, potestate nempe absoluta, fruamur, dum in terris nisi hujus ope malum extingui possit].

[1] *Varĕšânê*, f. inf. r. *varĕṣ*.

2.

Haec vobis, o Maṣda, primum, Ahura, o Sanctitas, quaeque tibique sunt o Perfecta-sapientia [quae sunt in vobis imprimis, o Maṣda Sanctitasque, quaeque Perfectae Sapientiae, haec —] des[1], precor[2], mihi, *nempe* desiderii Potestatem [ut desiderium meum potens sit effectu], vestram [des mihi vestram potestatem]: Benigna Mente, *tuae* adorationi tribue[3] *mihi hoc* saluti[4] *hominibus parandae* [absolutam potestatem, salutis hominibus parandae idoneam, tribue mihi, o summum numen, in aliquo hominum moderatore[5], ad adorationem tuam in terris amplificandam].

3.

Ad- vos auribus -congregantur[6] [vos auribus undique sequuntur, ex ore vestro pendent] qui ad-vestra facta regnant, o Ahura, o Integritas, *qui regnant* lingua dictis [qui regnant verbis prolatis ore —, qui regnant ad ipsa verba] Benignae Mentis, quorum tu, o Maṣda, primus praeceptor es[7] [boni reges utique ad tua regnant praecepta tuique sunt attentissimi discipuli].

[1] *Dôis*, pot. r. *dâ*. [2] *Â*, vide annot. ad y. XLVIII, 1.
[3] *Dâidî*, imper. r. *dâ*.
[4] *Śavaṇhô*, gen. propositi. Secundum Sp. et J. est partitivus: von dem Nutzen (gieb mir). [5] Conf. y. XXIX, 9.
[6] *Hemyantê*, praes. m. r. *i*. [7] *Ahî*, praes. r. *ah*.

4.

«Ubi rectitudinis sit[1] moderamen, ubi clementia permaneat[2] [ubi rectitudini, ubi clementiae locus sit], quo venientes sint[3] ad-Incolumitatem [quae via ad innocentiam et incolumitatem perducit], ubi sancta Divina-Sapientia, ubi Mens Benignissima, ubi tua *sunt* regna, o Maṣda?»

5.

Omnia haec interrogans[4] *est* [interrogat], ut Sanctitate ex [ex sanctitate] bovem-primaevam disponat[5] [bene disponat. — Ad omnes has quaestiones solvendas perpetuo ad deum confugit hac mente, ut cum sanctitate rerum naturam administret, i. e. homines prosperos rerumque naturam quietam praestet] vir-strenuus-et-actuosus, operibus rectus ens, bene-sapiens pietate [quum strenuus in omnibusque suis operibus rectus sit, atque sapientia pietateque vigente polleat], qui dei-creaturis justo regimine imperans[6] *est* [imperat, — qui imperium recto regimine inter ho-

[1] *Â*, vide annot. ad 10-mam str. praec. carm.

[2] *Aḱstaḍ*, imperf. r. *śtâ*. Interpretante Justio: wo entstand Erbarmen. Apud Westerg. est lectio *mĕrĕṣdiḱâi*, ad quam Justius phrasin interpretatur sequentibus: wo erhebt er sich zum Erbarmen, quam Germanice: wo erhebt man sich zum Erbarmen, vertissem.

[3] *Qyen*, pot. r. *ah*. [4] *Pĕrĕśaṇś*, partic. praes. r. *parĕś*.

[5] *Vîdâḍ*, aor. r. *dâ*. Secundum J. est imperf. r. *vid* (*vind*): damit er erlange. Conf. *vîdâitî* in sequenti carminis stropha.

[6] *'Kśayaṇś*, partic. praes. r. *ḱśi*.

mines exercet], integer intellectu [1] [Sensus: bonus hominum moderator quaestiones in praecedente stropha prolatas semper quasi ob oculos positas sibi habet hisque bene solvendis toto pectore perpetuo incumbit].

6.

Iste qui melius bono dat [2] [penes quem potestas est praestantissima bona largiendi, Deus scil.] *est* quique huic [bono scil. moderatori] ad-desiderium largitur [3] Ahuras imperia Maṣdas [Bono hominum moderatori optabilissimam ei hominibusque utilissimam potestatem largitur Ahuramasdas, i. e. non est quin justus et strenuus moderator splendidissima potestate, favente deo, cui se fidum ministrum praebet, fruatur]; at huic [scil. maligno moderatori] malo pejus decernit [moderatori autem malefico Ahuramaṣdas ultima mala decernit], qui ei [scil. Deo, coram Deo] non disponit [4] *bene* [rerum naturam scil., qui nullam curam rei naturae quieti hominumque prosperitati impendit], in-ultimo ex-mundo decessu [post mortem, — malignum moderatorem deus ultima mala perpeti facit post mortem].

[1] *Ćiśtâ* pro instrumentali subst. *ćiśta* accepi. Si cum Spiegelio et Justio in voce imperf. m. r. *ćiḍ* videre praefers, ultimus strophae versus etiam sequentibus verti potest: qui *creaturis* justum regimen imperans (imperando), purus, impertit.

[2] *Daṣdî*, praes. r. *dâ*. [3] *Râdaḍ*, imperf. r. *rad*.

[4] *Vîdâitî*, praes. r. *dâ*.

[Post precationem de justo moderatore quique, nisi secundum Dei praecepta regnando, justus esse potest, Airyis gentibus mittendo, proximam sibi gratiam vates idoneam vim ad summi numinis mandata perficienda nec non verbis suis debitam mortalium attentionem expetit].

7.

Da[1] mihi, *o tu*, qui bovem-primaevam [rerum naturam, — terram] creavisti[2] aquasque, plantasque, Immortalitatemque, Universumque, sanctissime spiritus, o Maṣda, vim *et* robur: Benigna Mente, precor.[3]

8.

Atque quidem tibi [te coram, in te, ex te] effabor[4], o Maṣda — *nisi* attento equidem vir [i. e. quisque, quilibet] *utile aliquod* fari-potest[5] [non est cuique potestas nisi attento homini aliquid docendi, — detur scil. mihi effari tua decreta hominibus attentis] — quod perniciosum *debet esse* malefico, eja[6], *ego* qui *ipse* sanctitatem teneo[7] [ego, qui sanctitatem teneo, effa-

[1] *Dâidî*, imper. r. *dâ*.
[2] *Taśô*, imperf. r. *taś*.
[3] *Śeṇhê*, praes. m. r. *śaṇh*. Secundum J. est loc. them. *śeṇha* (in der Lehre); secundum Sp. acc. plur. (Comm. II, p. 408).
[4] *Vaǩśyâ*, f. m. r. *vać*.
[5] *Mruyâḍ*, pot. r. *mrû*.
[6] De *ustâ*, conf. aunot. ad y. XLVIII, 12.
[7] *Dâdrê*, perf. m. r. *dar*. Interpretante Justio: welcher an der Reinheit festhält.

bor quod perniciosum erit maleficis, dummodo mortales attenti me audiant]; hic enim *etiam justissimo* consilio *suo* laetus *fit*, qui *id* [scil. consilium] attento-homini vocem-profert [1] [etiam divina consilia nisi tali oratori gaudium e-percepto orationis fructu afferre possunt, qui verba sua coram attentis promit].

[Quum ad dei verba propaganda vires idoneae hominumque attentio sint necessariae, de quibus duabus praecedentibus strophis precatur vates, in corrupto tamen seculo, sine visibilibus praebendis sibi a deo auxiliis, quae jam expertus erat, etiam ulterius, ut apparet, parum proficere sperat; haec igitur repetenda in sequentibus strophis implorat debitasque poenas hostibus suis, atque in universum maleficis hominibus, post mortem luendas minatur].

9.

Quam sapientiam [ex tuo visibiliter scil. probis auxilio praestito] ambobus-pugnantibus dederas [2] tuo igne purpureo, o Maṣda, ferro *hostium* liquefacto [3] [quum hostium ferrum tuo purpureo igne liquefactum fuisset], *idemque* coram (ἐπὶ) hominibus signum

[1] *Mravaitî*, conj. r. *mrû*. [2] *Dâo*, aor. r. *dâ*.

[3] *'Ksuśtâ*, instr. partic. perf. pass. r. *ksud*. Praeclare Justius: durch weiches (geschmolzenes) Eisen gibst du Weisheit den Kämpfern, durch das Feuer, d. h. indem du das Eisen (die Waffen) der Gegner unwirksam machst.

dare[1] [exhibe] ad-deprimendum[2] maleficum, servans[3] integrum [integros homines, — ad salutem probis atque integris hominibus praestandam].

10.

Atque qui mihi vir morti-inhiat[4] [qui morti meae est intentus] aliter ab-hoc [scil. ab-integro, aliam hancque minime rectam normam rerum agendarum sequendo], o Maṣda, hic creaturae diaboli fit[5] [hic ad diaboli creaturas se pertinentem facit] malesanus qui sunt[6] [inter hos qui vitam desipientes peragunt desipientissimus]. Mihi precor[7] Integritatem, Benignitate *tua*, Integritatem nempe[8] tui.[9]

[Neque mirum extitisse, qui mortem Ṣarat́ustrae desiderent, pergit vates, quum in hominum societate, ei coaeva, tam multi sint scelerati, quos utique debita poena, ut innocuos, interque hos, amicos suos de vera religione bene meritos, maximum praemium, manet].

[1] *Dâvôi*, inf. r. *du* — *dâ*. [2] *Râśayaṇhê*, inf. r. *raś*.

[3] *Śavayô*, partic. praes. caus. r. *śu*.

[4] *Marĕǩśaitê*, praes. m. r. *marĕǩś* — *marĕnć* (*mar*).

[5] *Hunustâ*, perf. participiale r. *hu*. *Hunusta*, secundum J., ad traditionis sensum, est n. pr. einer Classe von Drujas, ad quem doctissimus vir versum reddit sequentibus: der ist von der Schöpfung der Drukhs (der Ahriman), Böses wissend (unter denen) welche Hunustas sind. [6] *Hĕntî*, praes. r. *ah*.

[7] *Sbayâ*, praes. m. r. *ṣbâ*. [8] Conf. y. XLII, 1.

[9] *'Tê*, dat. pron. *tûm*. Versum interpretatur J.: für mich flehe ich um Reinheit, in Güte, nemlich um deine Reinheit.

11.

Qui amnicus est sanctissimo Ṣaraťustrae vir, o Maṣda? Qui vos, o Integerrimi, consulit[1] [qui ad vos, o divinae potestates, ad accipiendum consilium, confugit?]? Ubi est sancta Perfecta-Sapientia [ubi est in terris divina sapientia = apud quem hominum est divina sapientia?]? Qui vos Benignae Mentis retulit[2] magnitudini rectus [qui retulit vos, divinae potestates, magnitudini Benignae Mentis = qui potestatem dei cum summa justitia et clementia junctam esse intelligit? qui nempe intelligit deum esse potentissimum atque justissimum, seque rectum, coram sanctissimo numine, praestat?]?

12.

Non ergo eum placidum-praestat[3] paederastes, caecus*que* in-*hoc*-ponte terrae Ṣaraťustram sanctissimum [homines abjectissimis sceleribus dediti menteque occaecati minime placidum in hac terra, quae quasi aliqua pons hominibus brevem transigentibus vitam inservit, divinum vatem efficere possunt], postquam in-ea [in terra] natus est[4] corporeus [nullam animi

[1] *Âfrastâ*, perf. participiale r. *parĕś*. Secundum J. est nomen. ag. (*âfrastar*): Schüler oder Lehrer.

[2] *Aćistâ*, imperf. m. r *ćiḍ*. Wer hat euch verkündet, J.

[3] *'Kśnaus*, imperf. r. *ǩśnuś—ǩśnu*. Conf. y. XLV, 1.

[4] *Urûraośt*, aor. r. *rud*. J.: er wuchs empor.

solationem Ṣaraṭustrae praestant hujus terrae cives, in quorum societate brevem hanc ei peragendum est vitam], quum *adeo* ei [quod ad eum, ad Ṣaraṭustram scil.] eum uterque [quum dissolutis moribus homines, tum, altera ex parte, minime dei potestatem et opera aspicientes] progressusque est[1] ad opprimendumque [idque ad opprimendum eum] inquinata violentia.[2]

13.

